Largiora flagito.
Satis beatus unicis ſabinis:
Truditur dies die:
Nouæq; pergunt interire lunæ
Tu marmora ſecanda
Locas ſub ipſum funus et ſepulchri
Inmemor ſtruis domos
Mariſq; bais obſtrepentis urges
Summouere litora
Parũ locuples continente ripa
Quid quod uſq; proximos
Reuellis agri terminos & ultra
Limites clientium
Salis auarus: pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et uxor: et uir: ſordidoſq; natos
Nulla certior tamen
Rapaces orci fine deſtinata
Aula diuitem manet
Herum: quid ultra tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur.
Regumq; pueris: ne ſatelles orci
Callidum promethea
Reuexit auro captus: hic ſuperbum

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 65r – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0172/65r)